



**263** fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 3, litteris c. 1 $\frac{3}{4}$ , rep. Ostiae mense Dec. 1879 nel quartiere dei grandi magazzini, che circonda il tempio di Vulcano LANC. Est Ostiae in museo.



Descripti. Lanciani apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1879 p. 334.


1 VEEHIDIVS, 3 in. L, 6 in. L Lanciani.  
— 2 C. Iulius C. f. Genialis sen(ior) recensetur ut quinquennalis in albo dendrophorum n. 281, II, 14.

**264** fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 4, litteris cm. 2. Ostiae in museo.



Descripti. C. L. Visconti ms. descriptit m. Febr. 1862.


**265** fragmentum tabulae marmoreae adfixum parieti aedis S. Sabinae Romae in Aventino.



Descripti. Huelsen; ipse vidi ectypum. Habet Amati ms. 9768 f. 7'.

Recepit inter Ostienses propter similitudinem quae intercedere videtur inter hoc fragmentum et fragmenta catalogorum Ostiensium, sed dubitans.

**266** fragmentum tabulae marmoreae. Romae rep. d. 18 Febr. 1631 in basilica Vaticana nel pavimento dell' altare di S. M. pregnantium TVRR. Extat in cryptis basilicae Vaticanae.




Descripti de Rossi. Turrigi *Grotte Vaticane* p. 332; Dionysius cryptae Vaticanae tab. 40 (inde Marini inscr. Alb. p. 207, ex eoque Kellermann Vig. p. 44 not. 2); aeri incisa legitur apud Sartium et Settele de vaticanis cryptis tab. 21 n. 3. Est huius corporis vol. VI n. 14082 inter urbanas.

6 corrigendum fortasse EVANGELV.


Inter Ostienses recepi ideo, quod nomen *Caltilius* quod supplevi v. 10 Ostiae non ita raro invenitur, et quod supra n. 251, III, 2 reperitur *L. Caltilius Eutychianus* Eutychis huius fortasse filius vel frater. Sed tam illud supplementum quam haec coniectura incerta sunt.

**267** fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 4, litteris cm. 1. Ostiae in museo.



Descripti.

**268** fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 3, litteris cm. 1 $\frac{1}{2}$ . Ostiae in museo.




Descripti.

**269** fragmentum tabulae marmoreae crassae c. 2 $\frac{1}{2}$  litteris cm. 1 $\frac{1}{2}$ . Ostiae in museo.



Descripti.

**270** fragmenta complura eiusdem tabulae marmoreae litteris cm. 1 vel paullo maioribus. Ostiae rep. anno 1881.




Descripti. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 117.

**271** fragmentum tabulae marmoreae. Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. mil. II*). Non recte Kellermannus coniunxit cum altero fragmento eodem loco extante quod videtur superesse ex laterculo vigilum; nam litteratura diversa est. Immo originem Ostiensem indicant nomina Ostiensibus paene peculiares *Nasennii* et *Salinatoris*.

AX  
aVRELIV  
nASENNIVS  
sALINATOR D  
5 nVMITORIVS M

Kellermann vig. 114a; Henzen vol. VI. n. 2407b. Ipse vidi.

**272** fragmentum tabulae marmoreae (non eius cuius sunt fragmenta n. 270, cum quibus edidit Lanciani). Ostiae rep. anno 1881.



Descripti. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 117.

**273** fragmentum tabulae marmoreae (diversae tam a n. 270 quam a n. 272). Ostiae rep. a. 1881.

SE  
LVPERCIAN  
IVS AEMIIAN sic

Descripti. Lanciani *notizie degli scavi* 1881 p. 117.


1 littera ante E fuit aut G aut s.

**274** fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 2 litteris cm. 1 $\frac{1}{2}$ . Ostiae in museo.

S  
ELIX  
ICVS  
RIVS  
5 NTIVS  
CVS  
RVS

Descripti.

ad n. 246. Ti. Aterius Saturninus, qui recensetur inter patronos pag. I vv. 18—19, non videtur diversus esse ab Ti. Haterio Saturnino, qui memoratur in titulis Aquinci repertis Corp. III n. 3473. 3479 ut legatus Augg. pr. pr. nempe Pannoniae inferioris. Augusti videntur esse aut Marcus et Verus aut Marcus et Commodus. Extrema nomina patronorum aliquanto post annum 140 incisa esse videri iam monui supra p. 44. — Parvum frustum huius tabulae (ex pag. IV vv. 17—26), quam post finem saec. XVI nemini visam esse dixi, nuper prodiit Romae non longe ab eo loco ubi saec. XVI descripta est, *presso il vicolo de' Colonnese, nel cavo per la fogna di via Nazionale*, teste Lancianio *bull. municipale* 6 (1878) p. 264. Descripsit Io. Schmidt in repositis antiquitatum municipalibus, sic:



Lancianus, qui edidit *bull. mun.* l. c., et alia minus recte exhibet et v. 9: 7 SVCCES, habens pro laterculo militari.

ad n. 250. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1082 (vv. 4—6 partem intuenti sinistram). V. 4 GLABRIONI Huebner; et, sic videtur esse in ectypo.

ad n. 251. Specimen scripturae dedit Huebner n. 1087. — Pag. II, 4 L·CORNELIVS (pro p) ectypum Huebnero videbatur habere, male.

ad n. 263. Recognovit Huelsen. V. 4 est VETTICIVS; v. 3 praenomen videtur fuisse L, item v. 6, item v. 7.

ad n. 346. Hexameter vv. 8—10 expressus est, ut monuit Hirschfeld, ad Vergilianum Aen. 4, 653; cf. etiam Seneca ep. mor. I, 12, 9; huius Corp. vol. XII n. 287.

ad n. 345. Hic videtur esse sarcophagus Ostiensis quem memorat Platner *Beschr. d. Stadt Rom* III, 3 p. 231 n. 12.

ad n. 349. Vv. 4—5 delineavit Huebner ex. n. 324.

ad n. 363. Qui titulum posuit M. Lollius Paulinus videtur memorari in inscriptione nuper reperta infra n. 448.

ad n. 371. Fabula Alcestidis sculpta est in ipso sarcophago, titulus incisus in operculo inter anaglypha quae pertinent ad sacerdotium Matris deum.

ad n. 374. V. 2 scr. DECVRIONATVS, v. 14 EQVITVM.

ad n. 375. Eandem fere partem quam vi Fabretti, nempe vv. 25—38 et ex v. 39 nonnullas litteras, refert etiam, loco non adnotato, Martius Milesius cod. Parm. n. 296 f. 8 et f. 17', exemplo accuratiore quam Fabretti, quo verba a me recepta plerumque firmantur. Ut Fabretti, ita Milesius quoque vv. 25. 36. 38 in finibus mutilos exhibet (v. 25 fin. FORTVNAE-S///, v. 36 om. D·D, v. 38 D·D·P PE///); ex v. 39 solas litteras VNA (ex TRIBVNAL vocabulo) exceptit. In v. 26 etiam Milesius habet CONSTITVET; v. 27 in. itemque v. 29 in. (sed hic tantum in f. 8, non in fol. 17) habet DEM, quod utroque loco erat recipiendum; denique v. 33 habet plene CONSTITVIT.

ad n. 376. Specimen scripturae (vv. 4—3 et 10—17) dedit Huebner n. 1084; unde iam quivis videre potest, nullo modo cogitari posse de fraude novicia.

ad n. 383. Exhibit etiam, loco non adnotato, Bonarotti cod. Marucell. A 43 post f. 92.

ad n. 403. Nuper (a. 1885) in museo Britannico descriptis Mommsen, in universum lectionem Henzeni confirmans, sed v. 4 exceptit Μ (pro Μ), deinde PATRM, v. 5 in QQ lineolas addidit, vv. 5—7 in TÓGA TENSIVM SÁCERDOTES apices; puncta plerique iam evanuerunt aut Mommsenum fugerunt.

ad n. 416. Primus ut videtur descriptis Anonymus, cuius exemplum refert codex Senensis C III 27 f. 89' ('Ostiae extra moenia').

ad n. 421. Delineavit Huebner n. 534.

ad n. 431. Scripturae specimen dedit Huebner n. 536.

ad n. 439. Ad auctores qui viderunt addendi sunt Anonymus cod. Senensis C III 27 f. 89; alter Anonymus saeculi XVI medii, cod. musei Florentini 8 p. 143; Anonymus Gallus, qui videt a. 1576, in codice nunc musei Britannici (Lansdowne 720) f. 342 (hic a v. 2 D·L, b v. 4 S·P·F). — Ex antiquioribus refert etiam Schedel inter excerpta Beheimiana cod. Monac. f. 59.

ad n. 466. Repetivit, cum ipsam basem ex loco quo collocata erat extraxisset (cf. ad n. 172 p. 481), Lancianus *notizie degli scavi* 1886 p. 57.

ad n. 474 v. 2. Πόθια ἐν Χαρταγέννη memorat praeterea titulus nuper repertus Heraclae-Perinthi (*Arch. epigraph. Mittheilungen aus Oesterreich* ann. VIII p. 219).

ad n. 538. Idem Flavius Paresiacus etiam monumento n. 1456 locum concessit, in cuius titulo appellatur *Fl. Parisacus*.

ad n. 571. Specimen scripturae dedit Huebner n. 105.

ad n. 632. Mutila videtur fuisse in fine.

ad n. 663. Ex schedis C. L. Viscontii errore datur inter urbanas huius Corp. vol. VI n. 13149.

ad n. 674. Recognovit Huelsen. V. 3 est XXVIII, v. 4 fin. NICE. Litteras rudes esse ait Huelsen, sed sine dubio antiquas.

ad n. 730. A. Caesennium Gallum, cuius hic A. Caesennius Herma fuit libertus, B. Pickius coniecit fuisse A. Caesennium Gallum legatum Galatiae sub Tito et Domitiano (nummi Caesarae, apud Mionnet *Suppl.* VII 663, 25. 26; Corp. Inscr. Lat. III p. 318; Waddington 1784 a).

ad n. 788. Edidit Lanciani *le acque* p. 287 tamquam urbanam, errore.

ad n. 794. Vedit etiam Donius cod. Marucell. A 188 f. 413 in aede dd. de Sacchettis non longe ab Ostia, i. e. Castel-Fusani.

ad n. 938. V. 5 KALE (pro CALE) legit Stevensonius, qui videt apud antiquarium *via della Mercede* 44.

ad n. 1026. Habent praeterea codex Senensis C III 27 f. 89', ex eodem fonte quo Oscottiensis; Anonymus Gallus, qui videt a. 1576, in cod. mus. Britann. (Lansdowne n. 720) f. 342; Donius cod. Marucell. A 188 f. 414.

ad n. 1441. Haec quae latebat in muro nuper denuo prodiit cum inscriptiones Paccae foras venderentur, verum mutila (v. 2 haec tantum supersunt: SABINAQVE, et sic deinceps), ut etiam altera pars eiusdem tabulae cum inscriptione n. 904 [non 905] iam immutata est. Apographo, quod Fiorelli communicavit cum Henzeno, si fides est, v. 3 scribendum est VIII (pro VIII).

ad n. 1306. Praeter Ghezzium ex schedis Stoschii — habuit autem Stoschius fortasse ab ipso Ghezzio — referunt Gori cod. Marucell. A 6 f. 171 et Donati 367, 44, neuter loco indicato. — 4 MANILI Don. (non Gori).

ad n. 1444. Habet praeterea codex Senensis C III 27 f. 89' ex eodem fonte ex quo Oscottiensis. — V. 4 fin. Senensis recte habet FL.

ad n. 1808. Specimen scripturae dedit Huebner n. 1121.


ad n. 1863. Partem a delineavit Huebner n. 528.

**4127** ara marmorea rep. Ostiae in un piccolo tempio addossato ad una casa privata.

VENERI  
urceus SACRVM patera

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 127; Borsari *Mith. d. arch. Inst.* 1 p. 194.

**4128** fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep.



Recognovit Gatti descriptam a Lancianio *notizie degli scavi* 1886 p. 127.

2 nescio an supplendum Vrbanus.

ad n. 46. Schedae Cassiani del Pozzo, quas ad hunc titulum et ad n. 176 adhibuimus (cf. item infra ad n. 472), quas olim possedit A. W. Franks, post mortem eius pervenerunt in museum Britannicum (*library of the department of Greek and Roman antiquities*, plur. 25 e): cf. Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 70; hic titulus legitur ibi f. 60 (Th. Ashby l. c. p. 71) [D.]

ad n. 47 cf. *IG XIV* 944 sqq. Accedit cippus marmoreus ( $0,81 \times 0,35 \times 0,29$ ) rep. decumano, nel quinto vano a sin. verso il teatro, cominciando dall' angolo della via del Sabazeo, quem edidit Vagliari *Not. d. sc.* 1909 p. 86: Ἀγαθὴ τύχη. | Θεῷ μεγάλῳ | Σαράπει Π. | Ἀχύλλιος Θεῖσδοτος ὑπὲρ | Ἀχιλλίου (sic traditur; emendandum puto Ἀχυλλίου) Χρυσάνθους | τοῦ οὐοῦ | folium.

ad n. 51. Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum (cf. Paribenii *Le terme di Diocleziano e il Museo Nazionale Romano* 4 [Roma 1922] p. 250 n. 724 [324]). De anaglyphis egerunt Helbig *Führer* ed. 2 p. 206 n. 1086; Ducati *Mél. de l'École franç. de Rome* 26, 1906 p. 483 sq.; cf. etiam Lucas *Roem. Mitt.* 14, 1899 p. 220 not. 1, qui anaglypha anticae non Martem et Venerem, sed Aeneam et Venerem represe[n]tari putat. — Inscriptionem lateris sinistri (VOTVM SILVANO) posteriore esse quam reliquas inscriptiones, has ipsas aerae eiusque anaglyphis aequales putat Ducati, dubito num recte [D.]. — Cf. etiam L. R. Taylor *The cults of Ostia* (1912) p. 38. E. Strong *Sculptura romana* II (1926) p. 225 (attulit Matz).

ad n. 53. Iam Romae in museo thermarum Diocletianarum (a. 1905 in repositis) [D.]

ad n. 70. Fortasse idem infra n. 4315, 1. 2 et n. 4569 dec. III 7.

ad n. 72 cf. infra n. 4442 sqq. et quae exposui *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 61 sqq.

ad n. 82. Vidi Ostiae in repositis musei mense Aprili a. 1927.

ad n. 94 cf. infra n. 5325.

ad n. 98. Gavin Hamilton, in epistula ad Townleium iam servata in museo Britannico (Stowe ms. n. 1019 [antea 902], cf. *Catalogue of the Stowe manuscripts in the British Museum* vol. I 1895 p. 661), edita ab A. H. Smith *Journal of Hell. studies* 1901 p. 315 (excerpta minus accurata dederat Dallaway *Les beaux arts en Angleterre*, 1807, II p. 128), inter inscriptiones a se Ostiae effossas memorat unam elegantissimam temporum Traiani, eam a se datam esse Carolo Albacino. Fortasse significatur n. 98. Sane haec non est aetatis Traiani, sed Traiani nomen extat v. 1 [D.]

ad n. 99. Legitur etiam, ut iam dixi in indice auctorum (supra p. XIII), in codice Hamiltoniano iam Berolinensi, legitur etiam in codice Iucundi Ashburnhamiano nunc Laurentiano f. 9 n. 84; in illo additur, quod non notaveram, marmor Romanum delatum esse tempore Pii pontificis maximi<sup>3</sup> (a. 1458-1464). Cf. Ziebarth *Eph. ep.* IX p. 215. 290. 294 [D.]

ad n. 114. V. 7 scr. [i]mp. [VI]II [D.]. — Ex quo volumen XIV editum est, accesserunt fragmenta complura. Itaque, si quis textum antiquum restituere suscipiet, debebit omnia frustula, etiam ea, quae nunc ad tabulam restituendam exhibita sunt, denuo examinare et in suum ordinem redigere; id quod ego facere non potui. Qua de causa satis habeo hic singula fragmenta, sicut edita sunt, enumerare.

1 [= Eph. IX 449]. 'Rep. fissionibus in theatro institutis a. 1890.


a	caES·1
seuerus pius pertiNAx aug.	
v-	

b	c	d	e
P·T	AB	TER·III	V

Lanciani *Not. d. sc.* 1890 p. 37.

Lanciani putat superesse ex alio exemplo inscriptionis n. 114, collocato supra introitum theatri ('sopra l' ingresso doveva essere incisa copia della grande iscrizione scoperta nel 1881 nella scena del teatro'), sed certe aliter conceptam inscriptionem fuisse fragmentum d indicat. — c: [Ar]ab(icus) vel [Adi]ab(enicus) supplet Lanciani. — d integrum a sinistra et infra exhibit Lanciani, idem subtus spatium vacuum indicat; videtur igitur hoc fragmentum superfuisse ex ultimo versu inscriptionis<sup>3</sup> Dessau l. c.

2. *Frammenti di grande iscrizione per lettere incastrate di bronzo, rep. nell' iposcenio del teatro:*



Vagliari *Not. d. sc.* 1910 p. 289 n. 1, qui adnotat questi frammenti dovrebbero appartenere alle grandi iscrizioni dedicatorie del teatro (i frammenti che si conservano nel Castello dimostrano che la iscrizione doveva essere in doppio esemplare); se così è, il fram. a dovrebbe farci modificare i supplementi proposti dal Lanciani e dal Dessau.

3. Nescio an eodem pertineat littera v aerea ibidem reperta (*Not. d. sc.* 1910 p. 290).

4. Fragmentum litterae ε aereae ibidem repertum, quod eidem inscriptioni assignandum esse suspicatur Vagliari *Not. d. sc.* 1908 p. 344.

5. Lud. Paschetto *Ostia colonia Romana* (*Diss. della pontif. acc. rom. di arch. ser. II t. X parte IIa* [1912]) p. 279 scribit oggi il Vagliari ha potuto riempire parecchie lacune, e l' iscrizione, infissa sui muri più alti della cavea, si legge così: Imp(erator) Caes(ar), d[ivi] M[ar]ci Antoni]hi P[ii filius, divi Com]mo[di frater, divi Antonini Pi]i nepos, divi] Adr[ian[i] pronep(os), divi Traiani Parthi]ci abn[ep]os, divi Nervae ad-[n]e[p]os, L. Sep[tim]iu[s] Seve[r]us [Pi]us Pertina[x] Aug(ustus), tri-[buni]c(ia) potes[t](ate) [III i]mp. II cos. II et [Marc]us Aurelius Antoninus Caesar dedicaverunt.

ad n. 118. Partem (v. 1 IMP·CAES, v. 2 / O — — PERTIN) cet.) postea possedit Raoul Rochette, post cuius mortem publice veniit a. 1855, eam partem edidit Longpérier *Bull. archéolog. de l'Athènaeum français* 1855 p. 52. — 4 CANTNO ... etiam Longp. [D.]

ad n. 128. A. 1893 auctione partis antiquitatum Borghesianarum facta nescio quo ablata est: *Catalogue des collections du Pavillon de l'Horloge* (Rome 1893. 4<sup>o</sup>) p. 122 n. 795 [D.]. — De hoc titulo egi infra ad n. 4569.

ad n. 129 v. infra n. 4402.

ad n. 134 cf. infra ad n. 4455.

ad n. 135-137. Certe n. 137, fortasse etiam n. 135. 136 memorat, qui effodit, Gavin Hamilton in epistula, de qua vide ad n. 98 (A. H. Smith *Journal of Hell. stud.* 1901 p. 315) [D.]

ad n. 139. Titulum gemellum dedi infra n. 4717, ubi vide.

ad n. 147. 148. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 155. 156. Cf. supra ad n. 72.

ad n. 160, 9 sqq. cf. supra p. 611 b, infra ad n. 4569.

ad n. 166. 167 cf. infra n. 4453.

ad n. 168. Eodem loco (*cortile del Penitenziario femminile, Viale Manzoni*) vidit Vagliari a. 1892 [D.]

ad n. 171 v. infra n. 4457.

ad n. 172 v. infra n. 5345.

ad n. 176. In codice Cassiani del Pozzo (vel potius magna ex parte conflato ex schedis Cassiani del Pozzo), iam musei Britannici (cf. ad n. 46), legitur f. 60: Th. Ashby *Classical Review* 1904 p. 74 [D.]

ad n. 181. Vidi Ostiae in repositis musei.

ad n. 188. Initium sic legit *Villefosse Revue épigraphique* V (fasc. 121, 1907/8) p. 221:

ITEM·LEG·III·Ital. scribae

AED·CVR· cet.

[D.]

ad n. 192 cf. infra n. 4704.

ad n. 231. A prioribus etiam (Gatti) *Inscr. Chr. urbis R. I suppl.* n. 1749 [D.]

ad n. 244. 245 v. infra n. 4534. 4536.

ad n. 250. Ad hanc inscriptionem pertinent quae ex schedis Bouchardianis refert L. Marcheix *Un Parisien à Rome et à Naples en 1632* (Paris [1897]) p. 168: l'église (i. e. ecclesia Ostiensis) ... portait encastrée dans sa muraille une belle inscription ... Bouchard la croyait déjà recueillie par Gruter et n'en reproduit, pour cette raison, que le commencement: M. ACILIO GLABRIONE, M. VALERIO COSS. ORDO CORPORATORVM LENVNCVLARIORVM TABVLARIORVM AVXILIARES OSTIENSES ... 'et au dessous les noms de ces gens-là distinguez en cinq ordres ou classes'. [D.]